



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Sacrorvm Ritvvm Et Caeremoniarvm

Vinitor, Gerlacus

Coloniae Agrippinae, 1656

XX. De officio Presbyteri assistentis sacerdoti celebranti Missam
solemnem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9459

nudo vel tecto capite, respectiuè cum Celebrante & alijs in Sacristiam.

TITVLVS XX.

De officio Presbyteri seu Capellani assistentis Sacerdoti Celebrantis Missam solemnem.

*Carem. Epif.
lib. 1. cap. 7.
& lib. 2. c. 8.*

1. **S**I Celebrans in Missa solemnè uicetur Capellano assistente, is erit Sacerdos superpelliceo indutus, cum stola à Collo pendente, officium eius erit totam Missam præuidisse, & signacula in libro Missali congruis locis disposuisse, omnesque Cæremonias & actus quos Celebrans facturus est obseruasse, ut præsto illi esse possit, suggerendo submissa voce, vel modeste, nutu indicando si fortè in aliquo deficeret aut titubaret.

2. Dum Celebrans ex Sacristiâ procedit ad Altare sequitur eundem, & cum ipso Altari debitam facit reuerentiam, mox Celebrante faciente confessionem retro eum genuflectit.

*Carem. Epif.
lib. 1. cap. 7.
Gavantus
Comment. in
Rubr. Miss.
part. 2. tit. 4.
n. 7. litt. h.*

3. Peracta confessione, & Celebrante ascendente ad Altare ipse se retrahit ad cornu Epistolæ, ibique ad incensationem Altaris sumpto libro cum puluino retrahit se extra cornu Epistolæ, ne thurificationem impediatur; & post incensationem librum cum puluinari in suum locum reponit; stansque post Celebrantem à sinistris Diaconi, præostendit Celebranti principium Missæ signans se, aut inclinans eo modo quo Celebrans, nec inde recedit.

4. Dum Celebrans cum Ministris accedit ad medium Altaris ad dicendum *Gloria in excelsis*, ipse cum non comitatur, sed manet stans in cornu E.

nu Epistolæ ad librum. Cùm verò Celebrans ad sedendum accedit, sedebit & ipse supra Scabellum nudum, capite cooperto, facieque ad Altare conuersâ.

5. Cùm Celebrans redit ad Altare ipse quoque post eum cum debitis reuerentijs per breuiorem viam ad cornu Epistolæ redit, ibique Celebranti Orationem, vel orationes dicendas nec non Epistolam cum Graduali, Tractu, vel Sequentia ostendet.

6. Cantarâ per Subdiaconum Epistola transse t Missale cum cussino ad alteram partem altaris in cornu Euangelij, cum debita reuerentia ante medium Altaris, & sic locat vt posterior pars libri respiciat ipsum cornu Altaris, ibique Celebranti assistit, textum Euangelij demonstrans, & folia, cùm opus fuerit, vertit.

7. Lecto Euangelio positoque prius libro Missalis prope corporale descendit ad posteriorem partem eiusdem lateris Euangelij, ibique stat iunctis manibus, & dum Diaconus cantat Euangelium facie conuertit se ad eum.

8. Post decantatum à Diacono Euangelium cum debitis reuerentijs accedit ad Altare, ibique à sinistris Celebrantis præmonet, si dicendum sit, *Credo* vel *Dominus vobiscum*, & ministris accedentibus vt dicant submissa voce symbolum, ipse retrahit se ad cornu Euangelij, ibi stans cùm opus est, se inclinat, & genuflectit vnâ cùm Celebrante, & si sit sedendum sedet ad scabellum suum, vt supra Symbolo completo redit ad Altare Celebrantem sequens per viam longiorem, & facta debita reuerentia in medio, accedit ad latus Euangelij vbi stat, ostenditque Celebranti Offeritorium, neque amplius recedit à libro vsque ad Communionem.

9. Cùm thurificabitur Altare, ex ea parte vbi

Q

liber

Tit. XX.
um Celebran

X.
ni assistenti
ssam

veitur Capel
os superpelli
dente, offi
diffe, & signa
s disposuisse,
os Celebrans
i esse possit,
estè, nuru in
t aut recuba-

ocedit ad Al
Altari debi
ante faciente

rante ascen
ornu Episto
um pro libro
Epistolæ, ne
t incensatio
locum repo
sinistris Dia
ipium Missæ
o Celebrans,

is accedit ad
in excelsis,
ans in cor
du E.

liber est, amouebit illum cum puluinari ex Altare
 seque cum illis, retrahet extra cornu Euangelii
 ne thurificationem impediatur, & eâ parte Altaris
 thurificatâ reponet librum cum puluinari in lo-
 cum suum.

*Rubr. gener.
 Miss. part. 2.
 tit. 7. n. II.*

10. Peractâ thurificatione libro assistit vsque
 ad Communionem, & vnâ cum Celebrante ca-
 put inclinatur ac genuflectit, & cum opus est, folia
 vertit, neque genuflexus manebit nisi ad eleua-
 tionem tantum, nimirum cum proferuntur verba
 consecrationis, & cum eleuatur Sanctissimum
 Sacramentum, statim verò post eleuationem
 surgit.

*Gauantus
 part. 2. tit.
 10 n. 9.*

11. Dum Celebrans dicit primam orationem
 ante Communionem genuflectit, deinde acco-
 dit ad dexteram Celebrantis ibique genuflectit
 donec Celebrans primam Orationem ante Com-
 munionem absoluerit, qua dicta eo tempore quod
 Celebrans osculatur Altare, illud etiam oscula-
 tur, extra Corporale manibus iunctis, & statim
 Celebrans sinistram genam cum sinistra ipsius
 Assistentis iungens dat ei pacem dicens *Pax tibi
 cum*, cui ipse respondet *Et cum Spiritu tuo*, & iterum
 genuflectens & statim surgens recedit, & iterum
 statim pacem dabit Diacono, qui eam dabit Sub-
 diacono: deinde vadit cum Cæremoniaro ad
 pacem dandam in Choro. Et si faciendâ sit com-
 munitio, genuflectit à latere Euangelij.

12. Sump a purificatione à Celebrante tran-
 fert librum cum debita reuerentia ante medium
 Altaris, ad cornu Epistolæ ibique assistit libro
 præmonstrans Celebranti quæ dicenda sunt, &
 dicto *Ite missa est*, accedit ad cornu Euangelii
 ibique genuflectit ad benedictionem, deinde
 assistit, donec Celebrans ex libro legat Euange-
 gelium, cum opus est folia vertens, ac tandem
 clausit

clauso libro & praxia Altari debita reuerentia, post Celebrantem ad Sacristiam recedit, ibique depositis paramentis vadit in pace.

ANNOTATIONES.

In Officium Presbyteri seu Capellani assistentis.

§. 1. Ex Decreto S. Congregationis Rituum in Mantuana 19. Iulij 1604. non tantum Episcopis, & alijs *Carem. Epif. lib. 1. cap. 7. Compen. Car. cap. 19. n. 1.* Prælati, sed etiam alijs non prælati ut Canonicis, ubi talis est consuetudo potest dari aliquis Presbyter assistens, qui ministret in Missa solenni præter Diaconum & Subdiaconum. Sed cum hac distinctione ut Presbyter assistens pluuiali indutus inseruiat tantum Episcopis & alijs Episcopalibus insignibus utentibus, alij præterea nemini, sed quando assistit alijs Sacerdotibus, indutus tantum erit superpelliceo & Stola coloris officio Missæ conuenientis.

§. 2. Presbyter assistens non accedit ad absolutionem post Missam pro defunctis, sed finita Missa recedit in Sacristiam: Item nec ad Processiones etiam SS. Sacramenti.

§. 3. Semper assistere debet ad librum præmonstrans Celebranti legenda, aut agenda: Quando accedunt Diaconus & Subdiaconus dicuntur, *Gloria in excelsis, Credo, Sanctus*, & *Agnus Dei* recedit paululum ut eis præbeat locum.

§. 4. Dum assistit libro non tenet manus iunctas, sed folia Missalis vertit & indicat quæ sunt dicenda à Celebrante. *Gauantes part. III. 7. n. 11. l. 1. h.*

